

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13


Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566


Iunius

[urn:nbn:de:bsz:31-84715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-84715)

1 5 6 5



VNI VS



hiam ois...
na ferre...
si quoz...
mendonat...
d'iet cum...
T. Ditz...
li armu...
singulana...
lentissim...
t memoria...
eadem...
xxi...

121

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

axi
621^o da,
sti
serio
pote
quis
tuar
huc
mar
3^a
623^o
G
rat.
ora
uot

Patentes

SM
622^o
 Maximilianus Sc. Cum hodie duo Oratoris Wayuo:
 da, qui in nostra Aula residet, Seruitores, literis onu:
 sti sine equestris furtim sese subduxerint, Mandamus
 serio et omnino uolumus, ut uos, ubicumq; et quomodo cumq;
 poteritis illos comprehendatis, et in carceres carijciatis, in
 quibus eorum detineantur, dum de ipsis nos amplius sta:
 tuamus, Literas uero, quas apud ipsos reperietis, oes
 huc perferendas curetis, Neq; aliter agatis seriu nrm
 mandatum et uoluntatem adimpleturi. Datz Vienna
 3^a Junij Anno M. D. LXXV.

Maximilianus Sc.

623^o
 Ad Abbatem Monasterij S. Catharinae
 Montis Synai,

Grata nobis et iucunda cumprimis obtigit tua illa tuuq;
 ordinis unanimes et candidissima erga nos animi de:
 uotio et obseruantia, quam Vro nomine Venerabi:
 lis frater

lis frater Mercurius, qui has ad Vos feret, coram
sermone et officio humili p̄clare nobis contestatus
est. Quam igitur beneuolentiā erga Nos singu-
los ob religionem Christianam tam sancte, tantisq̄
cum uita etiam periculis à uobis excultam et pro-
pagatam iam pridem susceptam etiam nū̄ conserua-
mus, hoc et nomine accumulatiorem esse multo
redditam, confidimus uos re ipsa quandoq̄, pleni-
us esse cognoscituros. Et tametsi nunc temporis,
in quo uersamur ratione habita tenuiorem nonnihil
quidem Elemosynā ducentorū videlicet Ducatorū,
eidem fratri Mercurio ad Vos perferendam contu-
limus, non deerit tamen animus et facultas, quod spe-
ramus, ampliori Vos posthac et auctiori ope et p̄sidio
iuuandi et prosequendi. Quod p̄sens itaq̄ est
ex qui boniq̄ à nobis consuli, p̄cibusq̄ Vris, quas pro
Christiani Orbis salute Vniuersali, indefinenter
ad Deum funditis, Nram quoq̄ in chytam Domū
Austriacam singulariter commemorari benigne
cupimus, nram mutuo c̄horitatem et animi erga

Nos pro:

Ad propensionem toti Ordini accrescentem perpetuo
conseruaturi. Datz Vienna 4^{ta} Junij. Anno 1657

Decretum per Imperatorem 4^{ta} Ju-
nij. Anno 1657

624^o
Sacra Cæs. M^{tes} Dominus noster Clementissimus, cle-
menter percepit ea, q^æ Suae Cæs. M^{tes} p^{er} Generosũ Dñum
Comitem Franciscum ab Arcu supplici suo libello fuerũt
exposita, cui breuibus responderi iubet; Quod M^{tes} Suae
Cæs. à Generosis et Magnificis Dñs Presidente et con-
siliarjs aulicis sua M^{tes}; plenè fuerit informata, quod die
xxiii^a Máj proximi p^{re}terita coram ipsis comparuerit
ipse Comes Franciscus, et Italico sermone exposuerit, qua-
liter ante septimanas aliquot produxerit duas Supplica-
tiones, quarum altera sit expedita, altera uero non:
In priori se supplicasse. Sententiam iam ante latam in
iudicio possessionis inter ipos Comites taliter declarari,
quod sese extendat non tantum ad fructus perceptos
per Commissarios deputatos, sed etiam per quoscunq;
alios in genere. Deinde, quod exoneraretur possessio
dictorum

dictorum Castellorum iam tandem traderetur, maxime
cum Ducus quondam Ferdinandus Imp^r per literas
pollicitus fuerit, sub fide ueri Principis effectualiter
et integraliter restitutum, q̄ tunc in sequestrum ca-
piebat ex dictis bonis hereditarijs, si et quando cog-
nosceretur de iure, ad quem spectet talis restitutio.
Quod tamen in hunc usq̄ diem minime factum uel
p̄stitum sit. In altera uero supplicatione, se ea atti-
gisse, q̄ Commissarios concerneret. Grauari aut se
uel maxime, quod Decretum super his non respon-
deat suis supplicationibus, quas uel non lectas, uel
non satis diligenter perpenas esse existimat: pri-
mo, quod in eo Decreto contineretur, ut circa fru-
ctus ab alijs quam à Commissarijs perceptos ḡreret
apud eorum occupatores, q̄ sua interesse putaret.
Qua declaratio non de careret Confusione et Inqui-
tate, fiorety maximo cum suo damno et incomodo.
Promde se quidem aulicos Consiliarios cognoscere
pro nobilibus, et ideo sperare, illos diligentius et
altius rem consideraturos ac perpensuros esse. Adde-
do, quod si Dom^{us} Suae in eadem sententia, sicuti

Sonat

Sonat Decretum, persisterent, se potius honoris consilij
 causa, si ita uideatur, hanc iniquitatem et enormem
 lesionem sustinere uelle, quam aulicum hoc Consilium
 diffamare. Secundo, se grauari, quod in dicto Decre-
 to contineretur de comunicando cum Generoso Dno Co-
 mite Scipione circa expensas, et exonerationem grauami-
 num à dicta hereditate Comitis quondam Hieronymi,
 hoc enim nullam habere rationem. Non enim fore cre-
 dibile, si ipse Comes Scipio per quinquenniū sese in reli-
 quis opposuisset, quod nunc uelit consentire. Deniq; se gra-
 uari, quod Decretum contineret, ut caperetur informa-
 tio à Regimine Superioris Austriae. Nam cum hic in
 Aula Caesaris reliqua fuissent cognita et expedita, fru-
 strà à Regimine Rompontano petita istum informa-
 tionem. Postulare se restitui in integrū, ac corrigi uel
 aliter declarari dictum Decretum. Haec cum Comes lon-
 ge uerbosius explicasset, duas scripturas cum Decreto an-
 te Dnum Praesidem sparsim et contemptim proiecerit in
 mensam, postulans tamen ut lectis ijs, sibi earū fieret
 restitutio. Cum aut à Praeside Consilij paululum
 secedere

secedere et parumper expectare Dominus Comes moni-
tus fuisset, missus fuerit Clarissimus, Doctor Melchior
Partinus ad ipsum, ut deceret, nomine Praesidis et
Consiliariorū Comiti, quo suis loco et tempore ad ea,
q̄ ipse longa oratione Italica exposuisset, sibi con-
gruum daretur responsum. Verum Partinus cum
ad Comitem accederet, ipse eum in loquendo anteuerte-
rit, interrogans, nunquid ipse Partinus esset grauaty,
propterea quod in testem eū uocasset circa expensas,
q̄ fierent in Cap^{mus} et custodes Castrorū, cui Partin-
us dixerit, Imo aliud quiddam grauius subesse.
Tunc Comes illiō subiunxerit, Sunt ne Dm̄ Consili-
arij irati? A prandio uero Procurator dicti D.
Comitis ad ipsum Partinū uenerit, quasi sciscitatu-
rus, nunquid Comes Vidua relicta quondā Tyrebi
Comitis ab strebo, nunc in Ungaria decumbens de ui-
ta periclitaretur, et postea ad id propositi deflectēs,
nunquid Dm̄ fuissent eo mane irati, propter sermonē
Dm̄ Comitis, maxime circa ea Verba, Confusionis
et iniquitatis. Attestari tamen se, quod Comes nō
mala in:

mala intentione illa uerba protulerit, Sed potius ut
 Secretum animi sui reuelaret. Quapropter cum
 Cas^{us} M^{ajestatis} ferendum minime sit, eius modi supina
 negligentia, Confusionis et iniquitatis notam sibi,
 uel Consiliarijs suis inuri, ut q̄ sibi eiusmodi nihil
 plane conscia sit, eadem Sua M^{ajestatis} p̄fatum Comitē
 Franciscum in eo, quo nunc est, loco custodiri et deti:
 neri curauit, ut nimia rēphendendi seu obloquendi li:
 bertas debita ratione castigetur. Auditura autē est
 Sua M^{ajestatis} clementer, q̄ dictus Comes ad hæc de se
 proposita responderit, et super ijs postea ulterius
 se se resolutura.

Maximilianus Sc

625^o. Oratori Romæ.

Quomiam ex benigna ista uerba te uoluntate et propensi:
 one, quam ob insignia et perutilia Diuo Ferdinando Imp.
 parenti nro amantissimo me: feliciss. et nobis quoq̄
 Summa fide et sedulitate p̄stita abs te obsequia con:
 ceptimus, non ita pridem decretum apud Nos sponte
 habuimus

habuimus pro Brissimien. Comenda in Foraiulio sita,
quae sublato nuper è uiuis Egregio quondam Alphonso
Mercado, eiusdem Diui Ferdinandi Supmo Falcona:
rio Julico, uacauerat, tibi in primis conferenda per
nr̄am intercessionem et comendationem laborare, ac
promde ad Reuerendū Wolfgangū Magistri
supmi in Borussia Administratorem, et Teuthonici
Ordinis per Germaniam et Italiam Magistrum
Principem nr̄m deuotum nobis dilectum, gr̄as dedi:
mus, quarum exemplum cum hisce accipies, eiusq; pro:
pria èt manu nonnulla subscripsimus, quibus desi:
derium nr̄m serium ea in re te prouehendi. Sua deuo:
tioni clarius innotesceret; Jam uero ad haec eiusde
Deuotio nobis responderit: equidem nos èt in hoc tibi
desse non uoluimus, quia te misso eius responsi
transumpto certiozem redderemus, qualiter p̄fa:
tus d. Administrator, ex obsequenti nobis et obseruati
cumprimis animo, tam sollicita nr̄a intercessione
permotus, eius modi primae nr̄ae petitioni, tametsi
esset extra receptum antiquum morem in ordinem
tam recenter receptos subito Commendis p̄fici, assense:

rit

rit, nimirum te non Teutonicis solum ordinem suum libenter
 assequere, sed et Comendam prefatam tibi pro ceteris conferre, ea
 tamen ratione et conditione, ut te coram Sua Deuotione ipse
 quamprimum sicias, atque ea Solemnia preestes, quae ex ordinis Sta-
 tutis et ordinationibus fieri consueuerunt.

Quamquam aut nihil gratius porro nobis fuerit, si quidem pre-
 dictus Administrator ex mero nos hac in re colendi et
 morem gerendi studio iam ante Ordinis Statuta preter-
 gressus est, ut uel personali saltem tua presentia sine
 mora ipsius Deuotioni satisfaceret, atque adeo Comenda
 possessio maturius tibi conquireretur, ob ardua tamen
 et insignia isthic impendentia nobis negotia, incommo-
 dum plane sit, ab eo te munere, quod nostro nomine isthic
 ex uoto nostro fideliter agis, hoc tempore uel et intra
 tam breue temporis spatium auocari, opera precium
 omnino nobis uisum est, fore, ut procuratorem aliquem
 tuum Virum industrium et ad hanc rem idoneum,
 quanto ocius fieri potest, ad superdictum Admini-
 stratorem ableges, ac per eum deferas eius deuo-
 tionem te uia et singula, quae quidem Statuta et leges

Ordinis

Ordinis illius exigent, præstaturum et adimplendum te
esse spondeat, dato in id pleno tui et sigilli impressi-
one, et manus tue subscriptione communito mandato
eidem procuratori, præterea tuo iussu primo omnium
illius deuotioni gratias cuiusmodi de gratia et beneuolentia
tibi declarata reuerenter agat, ac demum te quod
ipse coram apud suam Deuotionem modo comparere
nequeas, propter munus, quo nobis isthic inservias, ex-
cuset, promittens certo, te proximis Comitibus Imperia-
libus omnino ad suam deuotionem personali-
ter uenturum, ac quae reliqua sunt ex ordinis ratione
tibi peragenda tum plene exoluturum, interim
ipse tuo nomine Administratori præstet ea, quae noui-
lium Ordinis militem decet, quatenus per procu-
ratorem fieri possunt, ac exinde suam deuotionem
oret, ut propterea uelit in ordinem te, quamprimum
suscipere, et in Comenda possessionem immittendum
iubere, Vel saltem ita providere, ne quicquam interea
ex prouentibus et redditibus Comenda distrahatur.
Sed in tuum usque apud suam Deuotionem aduentum

immoti

immoti vobis asseruentur, quemadmodum quod tua est pru-
 dentia, et in rebus agendis solertia, negotium hoc por-
 ro agere et prosequi ipse per te satis nosti. Inte-
 rim Nos saepedicto Administratori per literas qua-
 primum respondebimus pro concessione eiusmodi ex
 obsequentissima eius uoluntate, nobis facta gratijs
 benigne actis, eam Clementi animo tuo noie susceptu-
 ri, teq; de personali tua p'sentia, quam sua Deuotio
 postulat, hoc tempore necessario differenda excusa-
 turi, Vbi etiam asseremus, nos minime diffidere,
 quin tu breui Mandatariu ad Suam Deuotionem
 sis delegaturus, qui ea, quae supra commemorata sunt,
 tuo noie siggillatim exequatur, ac demu ex p'sse
 pollicebimur, omnino a Nobis remitti iri institutam,
 ut tu absq; omni dubio, proxime agendis Imperij
 Comitjs personaliter Sua Deuotioni adsis, quod por-
 ro ex Ordinis consuetudine abs te requirentur,
 obsequenter p'stitum et expletum. Etenim huius-
 modi nram commendationem, in tuam tuarq;
 fortunarum commodu et honorem cedere, optatum
 nobis

nobis plane fuerit, ac promide neq; hac neq; alijs in rebus
mra tibi benignitate et patrocinio unq; tibi porro etiam su:
mus defuturi, Datum Viennæ V^{ta} Junij Anno. 1551

Maximilianus Sc.

626^o Oratori Venctijs

Detulit nobis operam et officium suum Franciscus de
Franchis Turturinus nuncupatus, qui ex Chio oriun:
dus, et rerum Turcicarū non mediocriter peritus per:
hibetur. Fuisse enim eum Constantinopoli pluries, et in
Curia Turcæ uersatum, quandoquidem operam suam stre:
mie et fideliter maximo et sui capitis periculo, Maj:
f. n. d. Augerio à Busbeckb, cum Diui Ferdinandi
Imp. se: me: Oratorem in Turcia ageret nauasse et
impendisse, qui cum nobis comendant, asserit. De his
igitur cum tu isthic perquirere possis comodius, qd
Ferrariæ iam illum comorari intelligamus, eius de uita
et moribus, ceteriq; eius statu, uolumus te diligend
etiam sciscitari, ac qcuq; intellexeris, uel etiam antea
tibi de illo

tibi de illo constant, ad nos sigillatim scribere, Actus
 rus es in hoc ex nra benigna Voluntate, quam te singu-
 lari semper propendemus. Data Vienna 6^{ta} Junij
 Anno m. d. lxxv.

⁶²⁶⁰ Litera passus pro Pedro Carre-
 ras Hispano.

MAXIMILIANVS &c. Vniuersis et smi-
 gulis &. Cum fidelis nobis dilectus Logue Pedro Carre-
 ras Hispanus una cum uxore sua, et seruitore uno
 hinc in Hispanias iam abeat, nos aut ipsi tutum et ex-
 peditem ubiq; iter euenire cupiamus. Ɔ

Data Vienna Austria 6^{ta} Junij Anno m. d. lxxv.

Maximiliany &c.

⁶²⁸⁰ Augerio a Busbeckh,

Egregie fidelis nobis dilecte. Franciscus de Francis
 qui Turcinus nuncupatus, qui se ex Ohio oriundum
 asserit, et rerum Turcicarum non mediocriter instructus
 perhibetur, desiderat operam et seruitutem suam,

Quinq;

quocumque in carcere nos uti mallemus, nobis cum primis dicere
et impendere. Quoniam uero eius de uita antea et
et moribus explorati. propterea nihil habemus, ex te nos
potissimum, ut cui is se fideliter et strenue aliquando con-
stantinopoli, capitis et periculo expositum miseruisse
significet, ea de re quaerendum duximus. Voluimus itaque
ut quicquid de illius tibi et statu, moribus, peritia, et fide
constat, ad nos sigillatim scribas, hoc tuus in hoc pro-
solito tuo nobis obsequendi indefesso studio, quo nostram
tibi benignitatem in dies accumulatiorem concilias. Datus
Viennae 6^{ta} Junij Anno etc. M. D. LXXV.

629^o Decretum per Imp. viij^{ta} Junij A^o b^o s^o

Sac. Cas. M^{tes} Dominus noster Clementiss. Clementer
percepit, quae sua M^{tes} per Generosum Du. Comitem Fran-
ciscum ab Arcbo denuo fuerunt exposita. Quia uero M^{tes}
S. Cas. de iis quae ipsi Comiti proximo Decreto signifi-
cata sunt, certior facta, ipsum Comitem Franciscum ex of-
ficio, et tam pro sua Cas. M^{tes}, quam eius Consilij subici
honore, in eo, quo est loco, detineri iussit, nec ille a quoquam
accusatus

accusatus fuerit, sua *Ces. M^{tes}*, nulla ratione *Super^{ius}* qua
 ipsamet contra *psatum* Comitem statuit et fieri ordinavit
 iudicium institueret poterit; Liberam tamen concedit *ipi*
 Comiti Francisco facultatem, quod si rem aliter actam
 putauerit, de eo *S. Ces. M^{tes}* informare, super qui-
 bus *S. M^{tes}* se demum clementer resoluet. Et haec e
 sua *Cesarea M^{tes}* benigna et seria uoluntas. /

630. *L*itera passus pro familiare Stephani
 Bathory, Joannis Sigismundi Ducis
 Oratoris *Et*

*M*AXIMILIANVS *Sc.* Omnibus et singulis
 Cum *Spec^{ie}* et *Mag^{no}* Stephanus Bathory de Somlyo *Illu^s*
 Principis Joannis Sigismundi Ducis *Affinis* et consanguinei
 nostri ad Nos delegatus hoc tempore Orator, Seruitorem
 hunc seu familiarem suum *Sim* in Transyluaniã mittat,
 ac Nos ei tutum et securum iter ubiq; euenire cupia-
 mus. Equidem benigne uobis iniungimus et uolumus,
 ut eundem *N.* illuc proficiscentem liberũ passim, nec
 ullibi impeditum dimittatis, ac q̄ illi ad iter comodius
 p̄sequẽdũ necessaria erunt, pro a quo delato *scio* libenter
 suppeditanda curetis. *Vienna 9^a Junij A. 1615* /

Maximi

Maximilianus &c.

631^o Ad Duces {Lotharingia.
Sabaudia & } diuissim.
Mantua. }

Memisse adhuc prohi T. Dis^m arbitramur, quid nos et Serenissimi Principes Ferdinandus et Carolus Austria Archiduces, fr̄s et Principes nr̄i Chaz^m. multo ante tempore statutum nobiscū haberemus, de funere Diui Imp. Ferdinandi Dni et parentis nr̄i amantissimi augustissimē, ex sua M^{is} postrema uoluntate et dispositione, omnia, qua decet, reuerentia filiali, hinc Pragam in arcem Regiam conducendo, ac ibidem eius M^{is} Iustis Solutis ex Veteri pio more supultura demandando, atq; eiusmodi Nos exequijs, et iustis peragendis et exoluendis decimum diem Martij delegisse: Verum obiecta interea uaria eaq; p̄grauia et insperata impedimenta et bellicas maxime obtrusas inique nobis occupationes, necessario Nos institutum eiusmodi inuitare coactus, atq; adeo in longius tempus, pium illud et filiale officium producere, dum comodior eius proseguendi occasio recurreret, Atq; de hoc tum nos T. Dis^m peramanter significasse

significasse, ea spe fretos, fore ut interea Diuino primū nu-
 mine accedente, et qua Nos in bellicis illis ab hostibus nr̄is
 contra Nos machinatis conatibus auertendis usi sumus,
 longanimitate, rationibusq; placidissimis, efficeretur, ut
 maturius multo iamdictum filiale illud et extremum pa-
 renti debitum officium pro summo nr̄o et p̄dictorū Sez^{mox} I.
 nostrorum fratrum p̄ uoto et desiderio susciperemus
 et perficeremus. Atqui cum eo in instituto hostis nr̄i
 pertinacibus, sceleratis, foedifragis, et impijs machinatio-
 nibus, et p̄ter omnem omnium hominum fidem et religi-
 onem in Nos accitis, et clandestine comotis Christiani no-
 minis hereditarij hostis copijs, haecenus magis etiam
 auocati, etiamnū ita distineamur, ut susceptos eius-
 modi Imperiales funebres actus, porro non, uti proposue-
 ramus p̄sentes, in Regia nr̄a arce Praga, sed hac in
 Vrbe, unā cum Sez^{mox} p̄fatis fratribus nr̄is, pro debito
 exequi cogamur. Ac pr̄inde in hoc, diem Dominica
 festum Sancti Laurentij proxime antecedentem, q̄
 est Augusti Mensis quinta, si Deus annuat, omnino
 delegerimus et statuerimus. Et quidem de hoc T. Di^{sc}
 quemadmodum facturos Nos antea receperamus, cer-

tam cum pri-

tam cum primis reddere plane nobis uisum est: Ut ipsa pro
ea quae nobis tam propinqua intercedit sanguinis coniun:
ctione, qui sub praesenti Exequiarum actus diem iam certo de:
cretum, nobis adsit, et praenominata iam defuncta Caes. Mg:
extremum hoc officium et ministerium una nobiscum et saepe:
dictis fratribus nostris charissimis praestet, pro arbitrio suo Lega:
tum aliquem suum maturius et commodius destinare, et
quae de caetero necesse erunt, instituire possit, Quam
re T. Diffusio. propter quod officium Christiana pietate dig:
num egerit, nobis quoque pergratum fecerit, mutui amoris
et beneuolentiae nostrae testificatione perpetuo deinceps a
nobis benigne recolendum et commemorandum. Dat.
Viennae 15^{na} Junij. Anno M. D. LV.

632^o Maximilianus etc.

Duci Florentiae.

Ex pristino eius constanti studio, et animi erga
Nos deuotione profectum perbenigne agnoscimus
officium illud obseruantiae et amoris plenum, quod

T. Diffusio.

T. Dils^{io} nunc quoq; per Mag^o ac Generosum Syn:
 cere nobis dilectum Sforzam Sanctae Florae Comitem, auri
 Velleris militem apud nos exequi uoluit. Is aut animu illu
 T. Dils^{io} nobis tantopere deditum, tametsi antea persape
 et nunc etiam lris suis humaniss. declaratus abunde no:
 bis extat, sermonis sui pstantia ita coram expsit, ut
 deumictus eo et affectuosius quicq; esse posse uix iam ar:
 bitremur. Reddidit igitur idipm officij gratius multo
 et praeclearius tanti Viri ad Nos missi psenha, qua Nos
 certe ob eius uirtutes nobilitate illa sua perantiqua
 uere dignas, moresq; suauiissimos, et eloquentiam pru:
 dentiae feliciter conuinctam plurimu sumus delectati,
 ut sane ad priorem nrām erga T. Dils^{io} eiusdemq;
 filium Illustrem Principem benignitatem et affectio:
 nem beneuolentem, si modo aliquid ei accedere p̄t,
 adaugendam, uel saltem confirmandam non paru
 m de momenti deriuarit: Neq; apud nos necessa:
 ria erat illa tam officiosa gratiarum actio, qua
 p̄terea T. Dils^{io} propensam nrām in affinitate in:
 ter nos contracta positam uoluntatem, eundem Ora:
 torem suum recolendam mandauit, Siquidem.

de ammi

de animi T. Diff^{ms} erga Nos candore et Sinceritate opti:
me semper sensimus, et ad coniunctionem eius modi san:
guinis inter Nos constituendam sponte etiam facilius pro:
pendimus, quamq; proinde iamantea putamus T. Diff^{ms}
non semel significatam mutuam nrām erga ipsam bene:
uolentiam, à nobis demiceps et plene conseruari. nulla nō
occasione testatum clementer efficiemus, nihil porro du:
bij, quā Sec^{ma} quōq; Regina Soror nra Dna Joāna p
omni charitatis et amoris candidi officio, qd à filia
dilectiss. expectet, eiusdem in se paterno et beneuolenti
affectui egregie sit responsura, et magis ac magis eū
demeritura. Valeat eadem T. Diff^{ms} perrime Vien:
nae X^a Junij Anno m. D. 234. /

Maximilianus de

633^o Principi Florentia,

Tanti apud T. Diff^{ms} fieri, quod nos in firman:
da inter Nos arctiori sanguinis coniunctione li:
benter plane egimus. tantumq; ipsi gaudy inde fu:
isse subortu

ipse subortum, quantum et literæ eius ad nos scriptæ aman-
 tissimæ, et Mag^{us} ac Generosus Sfortia S. Floræ Comes,
 aurei uelleris, eiusdem ad nos Orator in id destinatus,
 oretenus perofficiose nobis est attestatus, equidem eius-
 dem T. Dil^{ectiss} summam et indubitam animi erga Nos
 obseruantiam et amorem iamantea quiescem satis notam
 mirum in modum etiamnum nobis comprobat et confir-
 mat. Fuit aut uel propterea impense nobis gratum
 Virum illum pclarum et uere nobilem eundem scilicet
 Comitem Sfortiam precipue ad nos fuisse missum, qd
 eius morum suauitas in oranda facundia, et agendo
 dexteritas egregia, quam ipsum ad maiorum suorum
 laudatissima generis merita contulisse animaduertimus
 ita nobis arriserit, ut sane non leue nos eius diu-
 tius, si occasio tulisset apud Nos retinendi deside-
 rium coeperit. Quare eiuscemodi T. Dil^{ectiss} ami-
 mum, quo coepimus iam antea, benignitate, amore,
 et beniuolentia complecti et exosculari, etiamnu
 ardentius et copiosius porro adamabimus, non com-
 missuri unq, illi nostra erga ipsam mutua optima
 uoluntate

uoluntate officijs etiam beneuolentissimis. quandocūq;
res feret, promptè declaranda, cessisse deprehendimus.
Valeat eadem T. Dilectissimè felicissimè. Data Vienna X.
Junij. Anno 28. M. D. LXV. |

Post scripta. Quod p̄terea T. Dilectissimè sui sinceriss.
amoris erga Serenissimam Dnam Joannam Natam Hungarie
et Bohemie Reginam 28. Sororem nr̄am charissimam
abundantiori testimonio Mag^o et et Generosum Sigis-
mundum Rudoum S. Secundi Comitem ad eandem de-
stinavit, qui eius Dilectissimè assiduus officijs suis adsit, et
illuc aliquandiu consistat, sane et illud nobis sumè gra-
tum à T. Dilectissimè obtigit, quod nihil ab illa plane omitti
intelligamus, quod ad plenam animi sui deuotiss. erga nos
semel suscepti declarationem attineat. Datz ut in lris.

634^o Cardinali de alta Emps.

Maximilianus Sc. R^{mo} Sc. Ea nos tra est de Mag^o
ac Generoso Francisco Lasso, 28. Serenissimè Rom. Impera-
trici

tricis, Coniugis nræ amantissimæ Sūpno stula Magi:
 stro, fideli nobis dilecto, ob insignes eius animi Dotes,
 Virtutes incomparabiles, et p̄clarissima meritā ac obse:
 quia, pluribus iam annis nobis et p̄fatæ Ser^mæ Con:
 iugi nostræ impigerrime ad summū utriusq; nostrū
 uotum et desiderium p̄stita, opimo, et eum quidem
 nrā singulari clementia dignissimū, inter p̄cipuos,
 eosq; non infimæ sortis homines comemorandū non
 immeritō existimemus, atq; ad eius honorem, fortunas,
 dignitatem, amplitudinem et comodū quæ faciunt,
 sanè libenter et singulari animi propensione ac cō:
 mendatione nrā prouebenda, uiuanda et amplifi:
 canda non inuiti suscipiamus. Eum igitur cum rer:
 ta ac nonnulla qua sua hoc tempore interesse pluri:
 mum sentiat, isthuc suo cuiusdam Agenti apud S. D.
 Pont. Max. procuranda et satagenda negotia,
 demanda se intelligamus: Nos sanè ea felice
 et optatum sortiri euentū cupimus cupientes,
 comendatione illi nrā Clementi interposita deesse
 non uolumus. Petimus itaq; amanter et beneuolē
 admodum à R^ma Patre^r Vra, ut, quā apud

S. D. Pont.

S. D. Pont. Max. ob arctissimam sanguinis coniunctio-
nem et propinquitatem amplissimo loco constitutam plu-
rimum et ualere et posse minime diffidamus, eiusdem
Don Francisci negotia ita sibi per Nos comendata
putet, ut et nr̄am sibi intercessionem non parum mo-
menti attulisse, et Romae Patet^{us} Vra merito quam
dignissimas gr̄as agendas intelligat. Quam ex, p̄ter
quod virum tantū arctissimo de eadem p̄clare merē-
di uinculo sibi deuinxerit Romae Patet^{us} Vra, no-
bis quoq; gratissimum fecerit, mutuis beneuolentiae
et benignitatis nr̄ae officijs, cum res feret, quandoq;
comprobandum. Valeat eadem Romae P. Vra pr̄us per-
rimo. Dab^t Viennae 2^{na} Junij Anno 1624.

Maximilianus Sc.

635. Oratori Romae,

Singulari equidem Mag^o ac Generosum f. n. d. Don
Franciscum de Lasco etc. Ser^{ma} Imperatricis Coniugis
nr̄ae amantissimae Sup^{mae} aulicæ magistrum, clemen-
tia pr̄se-

tia prosequimur, ac ob egregias eius virtutes multiplicis
 et pluribus iam annis, eamq; uigilantiss. et accuratissi-
 mam nobi dicitam operam, tam de nobis ipsis, quam
 p̄fata Sez^{ma} Coniuge nra quam optime meritum, plu-
 rimum sane adamamus, ac proinde ei, ad fortunas,
 dignitatem et comoda eiusdem prouehenda quae spe-
 rant, propenso equidem et clementi patrocinio nro li-
 benter adsumus. Ei igr, cum certa ac nonnulla, qua
 sua plurimum referre sentit, negotia, ac eiusdem agēs
 seu procurator Romae in mandatis habeat, agenda
 incumbant, eiq; maturanda opportunius et prose-
 quenda commodius ac foelicius, tuo quoq; studio, fa-
 uore et opera accedente, cumprimis cupimus, ea
 tibi Nos sane magnopere comendamus, teq; clemē-
 ter hortamur, ut omnibus in rebus, quae quidem ad
 dignitatem, honorem ac comodum eiusdem Don Frui-
 pertinere uidebuntur, studiosē et diligenter elabo-
 res, eius quoq; Agenti, in quibus tuam et operam
 et p̄sidium compellauerit, non grauate patrocinatus.
 Adurus in eo ex benigna nra uoluntate, qua in te sin-
 gulariter propendemus. Vienna. X^{ma} Junij A^o 65-1

Maximilianus &c.

636^o Duci Mantuæ,

Quam iam antea T. Dis^m ex prioribus nris literis in fa:
uorem Magⁱ ac Nobilis fidelis nobis dilecti Comitis Ful:
uij de Rangone ad se scriptis proculdubio abunde se:
sit et cognouit, quanti eiusdem Comitis res et fortune
cordi nobis essent, quamq; clementer eisdem prouehen:
dis et uiuandis afficeremur. Quia uero eandem illi be:
nignitatem et beneuolentiã a T. quoz Dis^m non solu
conseruari, sed et reuisa, quod hoc tempore fieri perco:
modi possit, auctiorem declarari etiamnu benignè
expetimus, sane iterato apud T. Dis^m pro eodem
nunc intercedere nihil moramur ea spe certa immix:
fore ut T. Dis^m uel nunc tandem pro sua ueteri et
continua nobis officia pergrata contestandi propen:
sione, in re p̄sertim tam honesto, neq; T. D^m ulla
ex parte incomoda futura quæ est, ut in Vrbe
Mantuæ illi ius Ciuitatis consecuto, omnibus insu:
per ijs beneficijs, priuilegijs et emolumentis, quib.

ceteri

ceteri eiusdem Urbis nicolae ciues utuntur, absentibus et
 frui ac gaudere. Specially uero ut bona quaeque, et heredi-
 tates, quae ad ipsius iure isthic deuoluentur, aut testa-
 mento relinquuntur nulla lege Ducatus Vrae Dispositio-
 nis Suetudinaria, aut decreto sibi obstante, consequi ac adi-
 re libere liceat, eidem Comiti benigne et beneuolen-
 ter annuat, neque iterata huic commendationi nrae, ad
 quam sponte et mero Praefati Comitis felicitatis deside-
 rio interponendam ferimur, absque fructu praeterire por-
 ro uelit. Ea in re T. Dispositio non minus optatum nobis
 fecerit, quam si in nos ipsas officium illud praesueris,
 perpetua animi grati memoria quacumque T. Dispositio-
 nis mutuo comodandi occasione recolamus, de cetero pro
 Sinceri consanguinei amore et coniunctione, qua T. D.
 immutata semper a nobis conseruatur felicissima ei
 oia peroptamus. Data Vienna 7^{ma} Junij Anno
 M. D. LXXV.

Littera passus pro Comite
 Hippolito de Turcis &c.

MAXIMILIANVS Sc. Vniuersis Sc.

Cum.

Cum Mag^{us} ac Generosus Hyppolitus de Turcis, Comes
Ariani, hinc in Italiam celeri Equorū cursu reditu-
rus abeat: Nos uerò cupiamus ei et uniuerso eius
Comitatu ac familiae, liberum tutum, et expeditum
ubiq; transitum euenire et omnem grām, beneuolen-
tiam et humanitatem exhiberi. Facitio cum Bispo
Sc. Dat^o Viennae Xiii Junij Anno 1551

16380
M^{aximilianus} Sc. Ser^{mo} 2d. Nobilem Synce-
re nobis dilectum, Georgium Illin^{is} Comitem de Mira,
Ser^{mo} Ferdinandi, Archiducis Austriae &c. fratris et
principis nri amantissimi Cubiculariū, ob eius uir-
tutum p̄stantiam singulari equidem benignitate
nra Casarea merito complectimur. Quamobrem
ad eiusdem fortunarum conseruationem prouehē-
dam et uiuandam, si quae pertinere uiderentur,
in ijs equidem illi deesse minime sustinemus. Cum
igitur Illu. Principem Syncere nobis dilectum,
Ducem Radiciuila &c. quem eius tutelarem curā
hac tenus

haecenus gessisse accepimus, fatis recens concessisse
 intelligamus, Sⁿⁱ Vra eundem hoc nomine comenda:
 dum plane duximus, eamq; fraternit ac beneuole ad:
 modum hortamur, ut supradictum Comitem, non sibi
 duntaxat ut supmo Tutori ac Curatori, à nobis ipsis
 comendatum, singulari clementia ac fauore fuen:
 dum suscipiat, uerum etiam suis mandet atq; impe:
 ret, ne quid eo absente, eiusmodi, ex quo is sibi boniq;
 suis et fortunis dispendium detrimentumue aliquod
 inferri sentiat, committi adminis trariq; patiantur. Erit
 ea res et Soc^{is} Vrae ingenio ac studio, ut quam
 in id caeteroquin fore propensam non diffidimus, om:
 nino propria, et nra de eiuudem in p^{re}fatam Comite
 benigna uoluntate expectationi non aliena, mutuis
 fraterni ac beneuolentissimi animi officijs, abunde com:
 pensanda. Valeat eodem Plas Vra p^{er}errime Data
 Vienna xxvi Junij Anno m. d. lxxv.

